

# The Electronic Manipulus florum

www.manipulusflorum.com

## Monachus ag cum fontibus primis

Ordo claustrum et ordo  
curie diuisus est. Ibi sedes in  
insidiis cum diuitibus in occultis ut  
interficias innocentem. Hic  
audis: Non sedi cum consilio uanitatis,  
et cum iniqua gerentibus non introibo. ←  
Ibi insidiaris ut rapias pauperem, ←  
rapere pauperem dum attrahis eum;  
hic dicis:  
Odiu ecclesiam malignantium ←  
et cum impiis non sedebo.  
Ibi dextera tua est repleta muneribus;  
hic lauas inter innocentes manus tuas.

Ibi laudatur peccator in desideriis anime  
sue et iniquus benedicitur;  
hic benedicitur Deus. Si uis igitur  
esse monachus curialis, laudas quod non  
debes, defendis quod non expedit, operaris  
quod non licet, loqueris quod non decet.

Hugo de duodecim abusionibus.

Ordo claustrum et ordo  
curiae diuisus est valde. Ibi sedes in  
insidiis cum diuitibus in occultis, ut  
interficias innocentem (Psal. VIII); hic  
audis: Non sedi cum concilio uanitatis,

et cum impiis non sedebo (Psal. XXV).  
Ibi dextera tua repleta est muneribus (ibid.);  
hic lauas inter innocentes manus tuas;  
ibi pauperum res uolenter auferuntur;  
hic a pauperibus sponte offeruntur;  
ibi laudatur peccator in desideriis anime  
suae, et iniquus benedicitur (Psal. X),  
hic autem benedicitur justus. Si vis igitur  
esse monachus curialis, laudas quod non  
debes, defendis quod non expedit, operaris  
quod non licet, loqueris quod non decet.

Hugo de Folieto, *De claustrum anime libri*  
*quatuor*, 2, 16 (PL 176, col.1067A-B).

Non sedi cum concilio uanitatis  
et cum iniqua gerentibus non introibo. →  
Odiu ecclesiam malignantium →  
et cum impiis non sedebo (Psa. 25:4-5).

Oculi eius robustos tuos circumspiciunt  
insidiatur in abscondito quasi leo in cubili  
insidiatur ut rapiat pauperem →  
rapiet pauperem cum adtraxerit eum  
ad rete suum (Psa. 9:30).